

jede expensas zuverdamen. Conclusum, & sequens lata sententia. In der Peinlichen Rechtsfertigung zwischen Fürstlichen Höflichen Fiscalen/Anklägern/ an einem vnd A. V. B. auß der Schlesien/ Beklagten/ am andern Theil/ Nehmen Richter/ vnd Scheffen des Hohen Peinlichen Halsgerichts/ die Sach in puncto contumaciæ vor beschloffen an / vnd erkennen auff die vorbrachte Anklage/ vnd die drey vnterschiedne offene Ladungsbrieffe/ desgleichen alles anders Mündliches Vortragen vnd gethane Rechtsätze zu recht/ daß B. seines vielfältigen Ungehorsams halben / pro contumace in die Mordacht zu erklären/ vnd seine Güter/ so viel deren vorhanden vnd anzutreffen/ zu annotiren seyn. Wie denn Richter vnd Scheffen ihne den Beklagten pro contumace, vnd in die Mordacht erklären / vnd verdammen/ von Rechtswegen. Publicat. Marburg/ den 2. Tag Martii/ Anno 99. Nullum autem dubium est, bannum decerni posse contra reum fugitivum, ad citationem Judicis non comparentem, & quidem super delicto flagranti, ut multis persequitur *Petr. Theodor. in coll. crim. disp. 11. th. 4.* An autem fugitivi homicidæ bona rectè annotari possint? Vide *Zieritz. hîc, verb. si quis. Thom. Meizg. de torturâ, concl. 27. cum seqq.* ubi ad hanc materiam non inutilia tradit. Si quis autem in carcerem, seu vincula conjiceretur, qui antea in latronum bannum incidisse declaratus esset, uti quibusdam in locis consuetudo, & usus habet, & in carcere suam excusationem se deducturum offerret, is, non attento, quod jampridem latronum interdicto damnatus, seu proscript useisset, certâ deductione, seu purgatione concessâ ac præfixa ad id admitti debet. Verba sunt *Gobleri hîc, Zieritz. hîc, verb. omninò admittendus*, cui adde, quæ tradit *Zieritz. c. 206. verb. si profugerit, Steph. hîc.*

ARTICULUS CLVI.

Rei ante incarcerationem defensio cum salvo conductu.

Si reus, antequam in vincula mittatur, delictum suum jure velit defendere, hoc ipsi non est denegandum. Sunt, qui se offerunt Judici innocentiam suam freti: sunt qui conscientiam stimulo adacti se ipsos puniendos exhibent. Tanta est vis conscientiam in utramq; partem, ut neque timeant, qui nihil commiserint, & pœnam semper ob oculos versari putent, qui peccarint, *Cicero pro Milone.* Reo contra vim injustam dari debet salvus conductus, tum ad veniendum, tum ad recedendum: *Sicher Bleidt zu vnd abe.* Plurima hac de re trado in *de cad. meâ Consiliorum, cons. 6. q. 5. num. 38. cum seqq. multis.* Qui verò salvum conductum impetrare satagit; prius de Judicio sisti cautionem præstare debet, *Zieritz. hîc, verb. contra vim injustam.*

ARTICULUS CLVII.

De furtis, quàm varia eorum genera, & pœna sint, & primò de furto levissimo, nec manifesto.

I. Speciales distinctiones, & cautelæ hîc traduntur, quas Judex de furto cri-

ro cri-